



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Quæ sint materia eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

prae formae & suis principaliter intenti. Ex quibus patet, quod dispositio auctoris in nullo deficit, dicens opus bonum, quatenus magnam, ex principali intentione, spectare formaliter ad magnanimitatem. Ad id vero quod additur de materia magnanimitatis, dicitur quod minor est fallax, & probatio philosophi: quoniam seculi omni administratione publica dicitur quis magnanimus; si magni opus virtutis facit ex intentione: pusillanimitas, si non audeat ad illud, ut patet de sermo, qui abscondit talentum: & presumpuosus, si audeat actus supra vires, ut patet, si omnes seculi dicitur fuerint &c. Vnde iste homo, proprium magnanimitatis extraneum fecit. si operari magni in qualibet virtute, & extraneum. si administrationem publicam, propriam facit: cum tamen in 4. Eth. solum primum dicitur. Ad aliud dubium secundo loco motu dicitur quod magnanimitas tendit ad magnam, & facit illud etiam in operatione magnifici. Nec contra hoc obstat obiecta, quoniam alia est materia, in qua magnificus appetit, & facit magnum: alia in qua magnanimus appetit, & facit magnum. Magnificus siquidem facit magnum in materia exteriori, scilicet in aliquo opere factibili, puta, domo, templo, nuptijs &c. Magnanimus autem facit magnum in actu elicitivo ipsius magnifici: ita quod actus magnifici, sicut & aliarum virtutum actus, sunt quos magnanimus ornare magnitudinem. Non est ergo eadem magnitudo directe intenti ab utraque virtute: sed magnifici intendit ad magnum in materia exteriori, magnanimus autem ad magnum in ipso actu magnifici, & hoc per se primo, in quantum est

magnum operantur, non principaliter dirigunt intentionem suam ad magnam, sed ad id quod est proprium unicuique virtuti. Magnitudo autem consequitur ex quantitate virtutis. Ad magnifici-
tatem vero pertinet non solum facere magnum, sed in quod facere proprie sumitur, sed et ad magnam faciendum tendere animo. Vnde Tullius dicit in sua rhetorica, quod magnificencia est rerum magnarum & excellentiarum, cum animi quadam ampla, & splendida dispositione cogitatio atque administratio: ut cogitatio referatur ad intentionem, administratio autem ad exteriorum executionem. Vnde oportet quod sicut magnanimitas intendit aliquod magnum in omni materia, ita & magnificencia in aliquo opere factibili.
AD TERTIUM dicendum, quod magnificencia inter opus magnum facere oportet ab hominibus facta, ad aliquid sine ordinantur. Nullus autem finis humanorum operum est adeo magnus, sicut honor Dei: & ideo magnificencia proprie magnum opus facit in ordine ad honorem Dei. Vnde Phil. dicit in 4. Eth. quod honorabiles sumptus sunt maxime, quod pertinent ad diuinam sacrificia, & circa hos maxime studet magnificus. Et ideo magnificencia coniungitur sanctitati, quia precipue eius effectus ad religionem, siue ad sanctitatem ordinatur.

ARTICULVS III.

Utrum materia magnificencia sint sumptus magni.

AD TERTIUM sic proceditur. Vt quod materia magnificencia non sint sumptus magni. Circa eandem enim materiam non sunt duae virtutes: sed circa sumptus est liberalitas, ut supra habitum est. ergo magnificencia non est circa sumptus.
¶ 2. Præ. Ois magnificus est liberalis, ut dicitur in 4. Ethic. sed liberalitas est magis circa dona, quam circa sumptus. ergo etiam magnificencia non precipue est circa sumptus, sed magis circa dona.
¶ 3. Præ. Ad magnificencia pertinet aliquod opus exterius facere. Non autem quibuslibet sumptibus sit aliquod exterius opus, etiam si sint sumptus magni, puta, cum aliquis multa expendit in xenijs mittendis. ergo sumptus non sunt propria materia magnificenciae.
¶ 4. Præ. Magnos sumptus non potest facere nisi diuites: sed omnes

uirtutes possunt habere et pauperes, quia uirtutes non ex necessitate indigent exteriori fortuna, sed sibi ipsis sufficiunt, ut Seneca dicit in li. de Ira. ergo magnificencia non est circa magnos sumptus.
SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 4. Ethic. quod magnificencia non extenditur circa omnes operationes quae sunt in pecunijs, sicut liberalitas, sed circa superfluas solum, in quibus excellit liberalitatem magnitudine. ergo est solum circa magnos sumptus.
RESPON. Dicendum, quod ad magnificencia, sicut dictum est, pertinet intendere ad aliquid magnum opus faciendum. Ad hoc autem quod aliquod magnum opus conuenienter fiat, requirunt proportionati sumptus. Non enim possunt magna opera fieri, nisi cum magnis expensis. Vnde ad magnificencia pertinet magnos sumptus facere ad hoc, quod opus magnum conuenienter fiat. Vnde & Phil. dicit in 4. Eth. quod magnificus ab aequali. i. a proportionato sumptu, opus faciet magis magnificum. Sumptus autem est quaedam pecunie emissio, a qua potest aliquis prohiberi per superfluum amorem pecunie. Et ideo materia magnificenciae possunt dici & ipsi sumptus, quibus uiuit magnificus ad opus magnum faciendum: & ipsa pecunia, qua utitur ad sumptus magnos faciendos, & amor pecunie quem moderatur magnificus, ne sumptus magni impediantur.
AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, virtutes illae quae sunt circa res exteriores, habent aliquam difficultatem ex ipso genere rei, circa quam est uirtus, & aliam difficultatem ex magnitudine ipsius rei: & ideo oportet circa pecunia & usum eius, esse duas virtutes, liberalitatem, quae respicit communiter usum pecuniae, & magnificencia, quae respicit magnum pecunie usum.
AD SECUNDUM dicendum, quod usus pecunie aliter pertinet ad liberalitatem, & aliter ad magnificencia. Ad liberalitatem. non pertinet nisi quod procedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideo omnis usus debitus pecuniae, cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniae, pertinet ad liberalitatem. & dona, & sumptus: sed usus pecuniae pertinet ad magnificencia in ordine ad aliquod magnum opus quod faciendum est, & talis usus non potest esse sine sumptu, siue expensa.
AD TERTIUM dicendum, quod magnificus et dicitur dona, uel xenia, ut dicitur in 4. Ethic. non tamen sub ratione doni, sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquid opus faciendum, puta, ad honorandum aliquem, uel ad faciendum aliquid, unde proueniat honor toti ciuitati: sicut cum facit aliquid, ad quod tota ciuitas studet.
AD QUARTUM dicendum, quod principalis actus uirtutis est interior electio, quae uirtus potest habere absque exteriori fortuna, & sic et pauper potest esse magnificus: sed ad exteriores actus uirtutum requiruntur bona fortunae, sicut quaedam infra, & sic hoc pauper non potest actum magnificenciae exterioris exercere in his quae sunt magna simpliciter, sed forte in his quae sunt magna per comparationem ad aliquod opus, quod et si in se sit paruum, tamen potest magnifice fieri secundum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relative, ut Philosophus dicit in predicamentis.
Secunda Secunda S. Thomae. SS ¶ Su-

actus uirtuosus, & non in quantum est actus magnificenciae. Obiectio autem secunda similiter in aquiuoco laborat: quoniam magnificencia conuenit cum alijs uirtutibus in hoc, quod non per se primo tendit ad magnum in operatione sua: sed si facit operationem suam magnam, facit ut conditionem consequentem ex statu uirtutis, quia scilicet est perfecta in actu. Oportet siquidem magnanimitatem adesse, ad hoc ut per se primo intendatur ad magnum in operatione magnificenciae. Facere autem magnum in re exterius factibili spectat ad magnificenciaem.
Ar. preced.
Li. 4. c. 2. an. medium. to. 5.
Li. 4. c. 2. an. medium. to. 5.
Q. 2. art. 2.
Lib. 4. c. 2. to. mo. 5.
In practico ad aliquid, to. 1.



Super Quaestiois
134 Art. quartum.

ARTICVLVS III.

Vtrum magnificentia sit pars
fortitudinis.

Sup. q. 38. &
locis ibi no-
tatis.

Ar. preced.

Lib. 4. cap. 2.
paulo a pri-
cipio, cap. 2.
19. 5.

Li. 5. in som-
niū Scipio-
nis in fol. 2.
ante lib. me-
dium.

Q. 80. &
328.

D. 833.

IN ART. 4 eiusdē q. 134. dubiū occurrit ex Martino ibidē tripliciter arguente, q̄ ista duæ cōdōnes q̄ in litera ponitur, nō sufficiunt ad esse virtutē adiunctā vt secundariā principali. Primō, q̄a sic ois virtus excessiua a fortitudine esset secundaria virtus respectu eius. Probat, quia habet ambas cōdōnes. s. q̄ cōuenit cū ea (omne n̄ excessum cōuenit in aliquo cū excedente) & q̄ excedit ab ea. Scdō, q̄a sic liberalitas, eutrapelia, & sic de multis alijs, esset secundaria virtus respectu iustitię, q̄a ambas habet cōdōnes. Tertiō, q̄a iustitia, & ois virtus requisita ad grāuē administrationē, eēt secundaria respectu magnanimitatis: q̄ oia sunt absurda. Ad primū horū dī, q̄ prima cōdō in litera expōsita. s. Conuenientia in aliquo nō est sic intelligēda vt sonat, cū ois ens cū oī ente in aliquo cōueniat: sed intelligēda est sane, vt expōsit author superior in q. 128 ybi partes fortitudinis assignauit. s. q̄ cōueniat in modo, quē principalis virtus seruat in sua materia, puta, in iustitia, q̄ sic ad alterū: in fortitudine, q̄ sic ad arduū: in temperantia, q̄ cōster i moderatione: & sic non ois virtus excessiua cōuenit cū virtute excedēte. Scdōda similiter conditio, q̄ sic excessiua, intelligitur quo ad rōnē, hoc est, q̄ adiuncta virtus de faciat a pfecta rōne iusti, fortis, uel tēpati. vt patet ex dictis in q. 81. & inferius i 143. Nihil ergo ualeat prima obiectio. Ad s̄m vero dī, q̄ liberalitas uere est adiuncta iustitię, q̄a est ad alterū, sub rōne debiti moralis in. Eutrapelia autē pars ponit tēperantie, vt infra patebit, quia modestia quādam est actionū ludicrarum. Ad tertium dī, q̄ consequentia nō ualeat, nec sequit ex di-

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quod magnificentia non sit pars fortitudinis. Magnificentia enim conuenit in materia cum liberalitate, vt dictum est: sed liberalitas non est pars fortitudinis, sed iustitię, ergo magnificentia nō est pars fortitudinis.

¶ 2 Præter. Fortitudo est circa timores & audacias: magnificentia autem in nullo uidetur respicere timorem, sed solū sumptus, qui sunt operationes quedam. ergo magnificentia magis uidetur pertinere ad iustitiam, quæ est circa operationes, quæ ad fortitudinem.

¶ 3 Præter. Phil. dicit in 4. Ethic. * q̄ magnificus scienti assimilatur: sed scientia magis conuenit cū prudentia, quā cum fortitudine. ergo magnificentia non debet poni pars fortitudinis.

SED CONTRA est, quod Tullius, & Macrobius, & Andronicus * magnificentiam partem fortitudinis ponunt.

RESPON. dicēdū, quod magnificentia s̄m qd̄ est specialis virtus, non pōt poni pars subiectiua fortitudinis, quia nō cōuenit cū ea in materia: sed ponitur pars eius, in quantum adiungitur ei sicut virtus secundaria principali. Ad hoc autem q̄ aliqua virtus adiungatur alicui principali, duo requiruntur, vt supra dictum est, * quorū unum est, ut secundaria cōueniat cū principali: aliud autē est, ut in aliquo excedatur ab ea. Magnificentia autē conuenit cū fortitudine in hoc, q̄ sicut fortitudo tēdit i aliquod arduum & difficile, ita eēt & magnificentia. Vnde d̄ eēt v̄ esse in iracibili, sicut & fortitudo: sed magnificentia deficit a fortitudine i hoc, q̄ illud arduū in qd̄ tendit fortitudo, hēt difficultatē pp̄ periculū qd̄ imminet p̄sonæ. Arduum autē in qd̄ tendit magnificentia, habet difficultatem pp̄ dispendium rerum, quod est multo minus, q̄ periculū p̄sonæ: & ideo magnificentia ponit pars fortitudinis.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod iustitia respicit operationes s̄m se, prout i eis cōsiderat rō debiti: sed liberalitas, & magnificentia cōsiderat operationes sumptuū s̄m quod comparantur ad passiones animæ, di-

Fuerimode tñ. Nam liberalitas respicit sumptus per comparisonem ad amorem, & concupiscentiam pecuniarum, q̄ sunt passiones concupiscibilis, quibus non impeditur liberalitas a dationibus, & sumptibus faciendis concupiscibili. Sed magnificentia respicit comparisonem ad spem, attētionem arduum non simpliciter sicut magnanimitas in determinata materia, scilicet in timore de magnificentiā uidetur esse in magnanimitas.

AD SECVNDVM dicēdū, quod magnificentiā nō conueniat cum fortitudine: conuenit tamen cum ea in conditione in quantum scilicet tendit in absterendum sumptus, sicut & fortitudo in absterendum timores.

AD TERTIVM dicēdū, quod magnificentia ordinat v̄sum artis ad aliquod magnanimitas: est ars autem est in ratione. Et sicut pertinet bene vti ratione in attenditionem sumptus ad opus, quod sicut hoc præcipue necessarium est propter nem utriusque, quia nisi diligenter haberetur, immineret periculum mag-

QVAESTIO CXXXIII.

De Paruificentiā in dicitur in
lib. dicitur.

DEINDE considerandum est
positis magnificentia.

¶ Primo, Vtrum paruificentiā
Secundō, De vitio ei oppositō.

ARTICVLVS PARVIFICENTIAE.

Vtrum paruificentiā sit vitium.

AD PRIMVM sic procedit. Paruificentiā non sit vitium. Vitium est moderatiua magnanimitatis, moderatiua paruorum unde & liberalitas: cialiqua parua faciunt: sed magnanimitas. ergo similiter paruificentiā magis quā vitium.

¶ 2 Præter. Philof. dicit in 4. Ethic. * q̄ ratio inij est paruifica: sed dicitur deinde esse laudabilis, quia bonum est eundem rationem esse, vt dicitur in 4. Ethic. de diuini nominis expōsitione est uitium.

¶ 3 Præter. Philof. dicit in 4. Ethic. * q̄ consumit pecuniam tristis: tunc auaritia, siue ad illiberalitatem, magnanimitas non est uitium ab alijs dicitur.

SED CONTRA est, quod Philof. dicit in 4. Ethic. * q̄ paruificentiā specialē, tunc est vitium.

RESPON. Dicēdū, q̄ siue moralia speciem a sine fortitudine, pluries nominantur. Ex hoc est paruificus, quod intendit ad aliquod paruorum autem & magnanimitatis.